

& perfectionem à peccatis jactantes. Cernere id licet etiam in scriptis illorum. *Wilhelmus Catonus* auctor libri, qui dicitur *Allarim* geblasen in allen Nationen der ganzen Welt; appellavit se ein Dienstknabe der Wahrheit/ und ein Liebhaber der Gerechtigkeit/ welches Namen nach dem Fleische ist *William Caton*. Alius inter Fanaticos hos, qui edidit einige Eröffnungen des Bauchs der Morgenröthe/*Franciscus Howgillius*, nominavit & ipse se non solum einen Knecht des Herrn/sed & Einen der den Herrn liebet/ und alle Kinder des Eiecht/ und verlanget nach der Seligkeit/ und Wohlarth aller Menschen/ welches ist zur vollkommenen Einigkeit mit allen Creaturen Gottes. Visiones etiam, revelationes, & raptus, motisque Spiritus Sancti internos immedia-
tos jactant, vid. *Catoni* Untersuch. p. 7, II. Vexavit & *Labadistarum* secta Reformatos. Certum Pietastrorum genus hi constituunt, autore *Johanne de Labadia* de quo, cum alii varia, sequentia Cl. *Suicerus*, qui familiariter cum illo aliquandiu vixit, l. c. notavit: *Severus erat morum censor, castigatorq; omnium, præprimis vero magnatum, & Symmistarum &c.* Accessit singularis vitæ modus. Par-
cior quandoq; victus, vestitus neglectior; rarus in publico conspectus; affabilitas delenisca, privata in ædes confluentis turbæ, geminato etiam quotidie labore, institutio; liberalitas facultates excedens. Juvenum ingenio pollutum, quos suo proposito adaptandos cate pro-
vidit, in familiam receptio; eorum vel nullo, vel modico pretio alitura. Frequentes de Ecclesiæ labibus questus: Quæsitæ sanctioris congregatio-
nis laudes, spes felicioris successus, ex insomniis etiam jactatae. Inclau-
ruit in horum cœtu etiam soror quædam, *Anna Maria Schur-
mannia*, alias ob seculares literas jam clara; cuius nota 'Euxane'æ.
Ab Ecclesia Reformatorum, ceu minus pura Ecclesia, hi ho-
mines se separarunt; unde ab aliis *Cathari*, ab aliis *Donatistæ*
dici meruerunt, de quibus etiam prolixe *Arnold*, in Hæresiol.
t. 2. l. 17. c. 21. Dn. *Colberg*. in Christ. *Platon*. P. I. c. 11. & alii.
Enthusiasmum, Perfectismum, & Chiliasmum fovisse censemur:
& passim hodie inter Reformatos hoc Pietastrorum, & purio-
rum sc. Christianorum genus, suos habet fautores. *Petrus Yron*,
qui post *Joh. de Labadia* mortem hujus Ecclesiæ curam præpri-
mis in se suscepit, edito scripto Gallico, *l'Impiete convaincue en*